



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Ivdiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

2. Iudicialis denuntiatio quae & quotuplex? à quo jure inducta, quo fine?  
Denunciatores quis constituat? an ijs incumbat probandi neceßitas? in  
quibus differat inquisitionis processus à processu ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

injuriam persequatur, quia non move-  
tur bono Zelo ad correctionem alterius,  
qui non est correctus. Gl. fin: in cit: cap. No-  
vit: de jud. quanquam in aliis non servatur  
ordo juris. Panor: in cap. Novit: n. 44. in fin.  
& seq: & n. 55. & seq: ubi ponit differentias  
inter Evangelicam & judicialem privatam  
denunciationem de jud: E F F E C T U S ejus  
est, ut peccator pœnitentia, & si correctio-  
nem contempserit, distinctione Ecclesia-  
stica exerceatur: non ut beneficio, vel  
officio privetur: nisi retento ordine, be-  
neficio, vel rebus, pœnitere non possit.

2. Judicialis denunciatio à jure Civili  
introductiona est, quæ fit per ministros publi-  
cos (quos & stationarios ab officio vo-  
cant) ad hoc constitutos, ut delicta ad-  
missa denuncient Magistratibus, eorumq;  
auctores prodant, quatenus in eos inqui-  
sitione fiat L. singuli 14. C. de accus: ad publi-  
cam scilicet vindictam, ut distinguatur à  
privata denunciatione, quæ privatum  
commodum respicit. Dixi publicos, quia  
ad hanc denunciationem publicam, pri-  
vatus non admittitur, cùm possit si velit,  
accusationem instituere. L. fin. C. de accus:  
can:

**C**an: quisquis 11. q. 8. Quod si minister publicus perperam aliquem detulerit, non tamen punietur propterea, nisi per injuriam detulisse deprehendatur, quia officii necessitas eum excusat à calumnia. **F**arinac: in crimin. q: 16. num: 15. Constituuntur autem denunciatores ab iis, qui merum & mixtum imperium habent cap. sicut olim b. tit. ipsisq; incumbit necessitas probandi eâ parte citatâ, quæ denunciârunt L. ab accusatione ver nunciatores ff. ad Turpil. quia per negationem res potest effici dubia, ac adversus notorium potest competere iusta defensio **B**ald: in L. ea quidem. num: 43. C. b. tit. **D** I V E R S U S autem est processus inquisitionis, qui fit ex mero Judicis officio, ab illo, qui fit alio denunciâte. Quando Judex procedit ex mero Judicis officio ad inquisitionem generalem aut specialem, recipit juramentum ab iis, contra quos facienda est inquisitio: quando vero procedit ad denunciationem alterius, tunc non recipit hoc juramentum, & denuncians debet probare à se denunciata **L. singuli C. h. t.** **S**ECUNDO quando procedit ad denunciationem, admittit probatio-

bationes contrarias super bona fama *cap.*  
*cum in juventute de purg: can.* Secùs, quando  
procedit ex officio, quia contra denunci-  
antem præsumitur, non contra Judicem  
*cap. in præsentia de renunc.* TERTIO in de-  
nunciatione fit quædam litis contestatio  
*capit. cum dilectus §. dictus verò de purg: Can:*  
secùs in inquisitione ex officio, quia ibi  
non est, cum quo possit fieri litis contesta-  
tio sed fit quædam quæsi contestatio inter  
infamiam, quæ tenet locum accusatoris,  
& responsionem requisiti. QUARTO in  
inquisitione ex officio recipiuntur testes  
publicatis attestationibus. tūc enim cessat  
timor subornationis, cùm semper dicta  
testium sint nota Judici, secùs quando  
proceditur ad denunciationem. *cap. cùm*  
*clamor de testib. Panor: in cap. qualiter & quan-*  
*do.* Effectus publicæ denunciationis idem  
est, qui accusationis, ut communiter DD.

3. DIXI præterea supra initio, *ut di-*  
*stinguatur à privata:* quia privata denun-  
ciatio competit læso propter suum inter-  
esse, & fit ad privatum commodum. In  
foro sacerdotali expeditur nullâ monitione  
præmissâ, quando fit denunciatio ab illo,  
qui